

#### **4. Una vittoria dei generali di Pompeo**

Erat inter oppidum Ilerdam et proximum collem, ubi castra Petreius atque Afranius habebant, planities circiter passuum trecentorum atque in hoc fere medio spatio tumulus erat paulo editior. Cum eum occupavisset Caesar ab oppido et ponte se interclusurum esse adversarios confidebat. Hoc sperans, legiones tres e castris educit, unius legionis antesignanos procurrere atque eum tumulum occupare iubet. Hac re cognita, celeriter Afranii cohortes, quae in statione pro castris erant, breviori itinere ad eundem locum occupandum mittuntur.

Cesare